









1732.

1. Alberti, Michael : *De convenientia medicinae cum theologia positiva*
2. Bentkovi, Christianus : *De nutritione factas per formulam unibitalem.*
- 3<sup>rd</sup> Bochmerus, Jakob Henricus : *N probatione in animalibus operia . 2 Sept. 1732 & 1745.*
4. Bochmerus, Jakob Henricus : *De pigmento translati operi jure dominici est promissis principiis.*
- 5<sup>th</sup> Bochmerus, Jakob Henricus : *No caede infantum in utero . 3 Sept. 1732 & 1740.*
- 6<sup>th</sup> Canech, Janus Tobias : *Decata non omnem Dignitatem excludente 2 Sept. 1733 & 1749.*
- 7<sup>th</sup> Grome, Andreas Conlus : *Resertationem phil. medicam  
lægi : ... qua sistitas : rerum universarum medicinae  
principiam in structura corporis humani mechanica  
reperientiam ... publico ... communice submittit 2 Sept.*



8. Funckius, Joannes : De Dysenteria Pannonica . . .
9. Funckius, Joannes : De variolarum pornicie in hypochoondriacis observanda . . .
- 9<sup>a</sup> Nobauerus, Joannes, Fredericus : De angelo mortis
10. Schulze, Io. Henricus : De ictero .

1733.

1. Alberti, Michael : De auro vegetali Pannonicæ
2. Alberti, Michael : De preservandis literatorum morbo
- 3<sup>a</sup> Boettmerus, Iacobus Henricus : De Libraria imperfecta rusticorum in Germania . 2 Saecpl. 1733 - 1739.
- 3<sup>c</sup>. Boettmerus, Iacobus Henricus : De Libraria imperfecta rusticorum in Germania Acc. 1753.
- 4<sup>a</sup> Carrack, Joannes Tobias : Programma iuridicum . De quaestionali vita rehabilitationis in integrum reipublicam et ecclesiam . . . , quod . . . Carrack . . . lectiones sue artibus expavit . 2 Saecpl. 1733 - 1743.

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN<sup>A</sup>UG<sup>R</sup>ALIS MEDICA,  
SISTENS  
**CASUM PECULIAREM**  
*1732, 16*  
**MORBO MOTUUM HA-**  
**BITUALI EX IMAGINATIONE,**  
SUB  
**RUCTUUM SCHEMATE ENATO.**

*Quam*  
AUSPICE DEO PROPITIO

*Et Consensu atque Auctoritate Gratiosae Facultatis Medicae,*  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,

P R A E S I D E

**DN. D. MICHAELE ALBERTI,**

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.  
CONCILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE  
PUBLICO ORDINARIO, ETC.

DECANO SUO SPECTATISSIMO,

*Domino Patrono, Praeceptore ac Promotore suo omni honoris cultu prosequendo,*

**PRO LICENTIA**

ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS RITE IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONSuetis  
ANNO MDCCXXXII. D. APRIL.  
PUBLICE PHILATRORUM EXAMINI SUBMITTIT

AUTOR ET RESPONDENS

**JOHANNES FRIDERICUS MULLER,**

NE OSTAD. WURTEMBERG.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
TYPIS JOH. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

110.

1730. CILIAUCAI ORIANO

BY MARY E. W.

MOSAIK HANDBUCH

IN MUSICAL DRAM

WITH A HISTORY OF THE

OLYMPIADES OF MUSICAL

THEATRE IN LONDON

*ILLUSTRISSIMIS AC CELSISSIMIS  
COMITIBUS ET DOMINIS,  
DOMINO  
ERNESTO  
CASIMIRO  
SACRI ROMANI IMPERII COMITI  
AB  
ISENBURG ET BUDINGEN  
ETC.*

ET  
DOMINO  
**FERDINANDO**  
**MAXIMILIANO**  
SACRI ROMANI IMPERII COMITI  
AB  
ISENBURG ET BUDINGEN  
ETC.

*DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS*

*DISSERTATIONEM HANC INAUGRALEM,*

*QVA FAS EST, ANIMI DEVOTIO  
AC SUBMISSIONE  
COMMENDAT*

*DISSERTATIONIS AUCTOR.*

ILLUSTRIMI, CELSISSIMIQVE COMITES,  
DOMINI CLEMENTISSIMI!

**Q**uod levidenses hasce pagellas NOMINIBUS  
VESTRIS ILLUSTRIMIS inscribere  
atque consecrare sum ausus, id propterea fa-  
ctum, tum quia non ignotum mihi est, singu-  
lare VESTRUM, quod bonis literis nunquam non  
& promisistis clementissime, & præstisistis promissi-  
me patrocinium; tum quoque vel maxime quia singu-  
laris VESTRA, quâ me complecti dignati estis, clem-  
entia, in eo se conspicuam dedit, quod in aulis Ve-  
stris me medicum designaverit, civem adscripsit IL-  
LUSTRIMIQUÆ VESTRI SPLENDORIS ad-  
miratorem. Illud enim fecit, ut speciminiis hujus In-  
auguralis cum conquirerem Patronos ac Mæcenates,  
ad VOS imprimis, COMITES ILLUSTRIMI,  
DOMINI CLEMENTISSIMI, oculos meos diri-  
gerem, illudque specimen, quantulumcunque est, VE-  
STRÆ tutelæ commendarem: Hæc autem fecit, ut  
specimen illud in subjectissimi tesseram animi ac perpe-  
tuum

*tuum nunquam vacillaturæ fidelitatis pignus in sinu  
VESTRO deponerem. Qua igitur animi mei sub-  
missione, quo demissio mentis cultu ac devotione oculis  
VESTRIS subjicitur, ea quoque clementia, ut pi-  
gnus illud accipiatis, acceptumque æqui boni que con-  
sulatis, est, quod, qua decet, animi humilitate a  
VESTRA CLEMENTIA expeto. Faxit SUM-  
MUM NUMEN, ut vos COMITES ILLUSTRIS-  
SIMI, DOMINI CLEMENTISSIMI sospites diu  
ac incolumes agatis, DOMUSQUE VESTRÆ IL-  
LUSTRISSIMÆ novis quotidie floribus superbiant,  
novaque, ut hucusque cœperunt, capiant incremen-  
ta. Quibus votis pie a me nuncupatis, ut sum-  
mus omnium bonorum DATOR, pondus addat, ex  
animo optat*

ILLUSTRISSIMI AC CELSISSIMI COMITES  
DOMINI CLEMENTISSIMI,  
ILLUSTRISSIMORUM NOMINUM  
VESTRORUM

Dabam Halæ Magdeb.  
d. April. 1732.

SERVUS SUBJECTISSIMUS  
JO. FRIDERICUS MULLER.



Q. D. B. V.

## PRÆFATIO.

**N**edicinæ singula capita, & præcipue forum therapeuticum si consideramus: tantæ sane amplitudinis ponderisque eam offendimus, ut si cum vita nostra, secundum Hippocratem, comparetur, hæc admodum brevis, ars autem quam longa censenda veniat. Quamvis enim Physicam, Anatomiæ, Chemiam, Materiam medicam, Historiam naturalem aliasque medicinæ tam nude curiosas, quam utiles partes sicco pede jam præteream, sola practicæ medicinæ pars sufficere poterit, ut de artis hujus amplitudine abundantanter nos convincat. Etenim quis est ætate venerandorum, eruditio[n]is fama celebratissimorum & practica experientia clarissimorum Medicorum, qui non tritum illud: *quam multa sunt quæ ignoramus!* ex-

A 2 emplo

emplo suo confirmare teneatur. Omnes sanè, se-  
 mota turpi philavita, quam lubentissime adfirmar-  
 bunt, se longissimum hoc stadium nondum absolvif-  
 se. Quodsi vero quis putaret, me artis medicæ am-  
 plitudinem ultra modum extendere: huic pensitan-  
 dum commendarem, quot casus ægrotorum info-  
 liti, inauditi, stupendi & cum vulgari causarum ne-  
 xu minime conciliandi in praxi clinica occurrant,  
 quorum occasione Medici, qui modesti sunt, igno-  
 rantiam suam docte sèpius & cum laude profitentur.  
 Qui autem ab hac modestia recedunt, omniaque se  
 scire ambitiose affectant, illi sane ad varia variorum  
 nominum variarumque causarum asyla in ejusmodi  
 casibus confugere coguntur. Atque hi in duas præ-  
 cipue classes dividi possunt, quarum altera omnes  
 illos effectus, qui stupendi sunt & admirandi, a bar-  
 bara scorbuticæ acrimoniæ concentratione derivat,  
 altera autem non materiæ, sed spiritui cuicunque  
 morborum illos tribuit, & sic morbos, ex fascina-  
 tione ortos, justo sèpius accusat. Et quemadmo-  
 dum ad priorem acrimoniæ scorbuticæ ordinem  
 Medici, ut audiuntur, rationales potissimum ac-  
 censendi sunt: sic ad alteram classem empirici & cir-  
 culatores cum vulgo tam frequenter, tamque ine-  
 pte sèpe configunt, ut in quoconque casu paulu-  
 lum intricato exclamare non erubescant: der  
 Mensch seye behext oder beschryen. Quanquam ve-  
 ro maxima medicorum cohors omnem non neget  
 fascinationem, plurimos tamen morbos, qui reve-  
 ra sunt stupendi, non ex hoc fonte, sed ex causis na-  
 tura-

turalibus, & ut plurimum e perversa phantasia deducendos esse certo sum persuasus. In proposito enim est, quanta symptomata humana natura ex prava imaginatione in corpore suo producere valeat. Quod quemadmodum hydrophobia, tarantismus, somnambulatio & alii mentis morbi confirmare solent, ita in hoc Specimine Inaugurali idem evincere adlaborabo. Quum enim ab Excellentissimo Domino Professore Junckero, Patrone atque Praeceptore meo pio animi cultu devenerando, casus plane singulatis eum in finem tecum communicatus fuerit, ut eundem pro themate dissertationis eligerem: tum vires meas quascunque eo impendendas judicavi, quo omnium illius symptomatum naturales causas demonstrare, fictas autem aliorum, qui ad fascinationem usque excurrerunt, modestius everttere possim. Quam tractationem, ut eo distinctius absolve-re possum, in tria capita dividam. Primo quidem copia ipsa Morbi Historia enarrabitur, altero autem in Causas ipsius naturales inquiretur, tertio demum Therapeuticæ considerationes subjungentur. Si vero meditationes meæ cuidam non satisfacerent, is omnem defectum per hasce primitias academicas excusat, & si qui errores irreperirent, benignius illos corrigat. Tu vero, o benignissime Deus, Fons & Auror Salutis! annue cœptis hisce meis, ut cedant in Tui honorem & humani generis salubritatem.

A 3

CAP.

## CAP. I.

*sistens*

## Historiam Morbi.

**V**irgo rustica laboriosa, annum jam ætatis suæ quadragésimum sextum agens, fānis parentibus nata, patre nimis XCI. matre LXXXVIII. annorum adhuc incolumibus, ac decem liberis, præter ante dictam filiam, qui omnes perfecta sanitate fruuntur, gaudentibus, anno ætatis suæ vicefimo primo dolore quasi arthritico manuum corripitur, qui sub initium per tres dies duravit, dein vero sèpius recurrens, per sex annorum spatiū ægram excruciat: quo tempore expleto secuti sunt dolores, qui non modo totum corpus, verum etiam latus præcipue dextrum vehementer occuparunt. Unde lecto decumbere ægra fuit coacta. Hos dolores tandem exceptit species quædam ructuum, qui peccus valide constringendo tali impetu explodebantur totiesque repetebantur, ut extra domum audiri potuerint, & horrendo spectaculo omnifere minuto decies, imo pluries eruperint. Hi ructus ægrotæ atroces non solum peperere dolores, verum diutius continuantes insignem virium jacturam fecerunt. Ast, quod notatu dignum est, non omni tempore illi observabantur, sed certis tantum circumstantiis sese exseruere. Videelicet ægra sub initium diris ejusmodi motibus tum corripiebatur, cum cibos qualescumque tantum adspiceret. Atque in hoc motuum exacerbatorum gradu malum per quatuordecim hēbdomadas ita subsistebat, ut ægra intra duos, & quod

quod excedit, menses (incredibile fere dictu) nil ciborum adsumere potuerit. Quum vero phænomenon quoddam aegrotam nostram accedere, eique significare videretur, quod intra tres dies ad pristinam sanitatem per ventura esset, tum factum est, ut elapsis tribus illis diebus, omnia sine ulla molestia comedere potuerit. Verum enim vero hæc euphoria diu non duravit. Licet enim post usum variorum medicamentorum malum adeo sublatum esset, ut edere cibum naturalem absque ruſtibus posset, idem tamen motuum exacerbatorum schema, mutatis tantum quibusdam circumstantiis, brevi recrudesceret. Quam primum enim verba institutionis sacræ cœnæ audiret, mox iisdem atrocissimis motibus corripiebatur. Imo in eas tandem devenit circumstantias, ut cum templum frequentare vellet, & hoc vix e longinquò videret, horrendi statim ruſtus eam ita adſicerent, ut si ab iis libera efſe desideraret, domum revertere debuerit. Effectum inde est, ut per quadriennium non nisi ter vel quater aedes sacras intrare potuerit. Ast neque in his circumstantiis malum ſubſtēbat, ſed etiam domi misera hanc ægram perſequebatur. Quotiescumque enim lectura librum quendam adſumeret, toties ruſtuum ſcena de novo agebatur, & projicere eundem cogebat. Quæ insolita paphemata uti ægram per tempus ſatis longum divexarunt, ita multos medicos & medicaſtos in consilium adhibere anſam dederunt. Qua in re notatu dignum eſt, quod a quibuscumque fere medicamentis primum quidem allevationem quandam mali ſenſerit, deinde vero continuato medicinæ uſu recurrentis mali atrociam, & ſub novo quidem ſchemate, experta fuerit. Cæteroquin ſatis ſana vi vit

vit in hunc usque diem, menses sunt ordinati, animus  
 tranquillus, pius omnisque melancholiae expers, & non  
 habet, de quo conqueratur, nisi de continuo quodam  
 in dextro hypochondrio dolore sub quacunque inspirati-  
 one sentiendo. A ructibus etiam per aliquot jaun annos  
 tamdiu libera, donec verba institutionis S. cœnæ aut ipsa  
 recitat, aut ab aliis recitare audiat, tum vero insigni ve-  
 hementia recurrent. Qua de causa privatim intra ædes  
 suas sacra cœna fruuntur, & minister ecclesiæ multam sane  
 operam atque cautionem in porrigoendo hoc sacramento  
 adhibere debet, ne ruetum illorum vehementia sacra il-  
 la perturbet. Medicus qui hæc perscripsit, præterito  
 anno in consilium vocatus jussit, ut verba institutionis se  
 præsente ipsa recitaret, quo facto statim ructus horren-  
 do sonitu excutiebantur, & recitationem interpolabant.  
 Mitigatis paulisper ructibus, continuare quidem institu-  
 tionis verba intendebat, mox autem iisdem diris motibus  
 interturbabatur. Posthæc prædictus medicus Venæfes-  
 tionem, quæ priore tempore sæpius jam administrata e-  
 rat, ordinavit, & circa tempus mensium pilulas Becheri  
 polychrestas ac mixturam ex eff. succin. pimpin. alb. Ca-  
 stor. Tinct. antimon. acri compositam interne, externe  
 autem inseffum nervinum ac antispaſticum commendavit.  
 Cumque hæc per aliquot tempus incasum adhibita fue-  
 rint, specificis morbum adgredi tentavit, & v. gr. oleum ita  
 dictum animale, Eff. dulc. Halens. & viscum querum præ-  
 scripsit. Tandem mixturam ex Eff. gent. r. Cort. aurant.  
 ana drachm. tribus, spirit. nitr. dulc. drachm. duabus Camph.  
 pulveris. scrupulis duobus confecit, & bis per diem qua-  
 draginta guttas sumendas ordinavit. Quæ vero omnia  
 cum

cum nihil plane efficerent: tum solum denique Castore, um in spiritu Vini solutum exhibuit. Quanquam autem hoc in analogo quodam affectu egregium unquam præstiterit effectum, in nostro tamen casu idem auxilium non ferebat.

Hæc est, Benevole Lector, morbi historia, quæ uti germanice transmissa fuit, ita latinitate eam donare scopo nostro congruentius visa est. Quamvis autem negari non possit, minus completam hanc esse relationem dum v. gr. neque temperamenti neque negotii menstrui, quo modo scil. sub initium morbi se habuerit, neque vitæ generis, diætæ, regiminis, aliarum excretionum, singularium morum, inclinationum, animi affectuum, personalis sensibilitatis, &c. ulla facta sit mentio, multo minus ea, quæ ab initio adhibita sunt remedia enarrata fuerint: hi tamen defectus plurimam partem ex responsilio, quod Medicus quidam Clarissimus hoc de morbo elaboravit, quodque capite secundo subjungam, possunt compleri.

## C A P. II.

### §. I.

**P**ræmissa morbi historia ad explicationem illius & causarum evolutionem jam progredior. Evidem plures easque saepe contrarias opiniones a primo medicinae ortu inter illos, qui salutari huic arti operam navarunt, prognatas fuisse, nemo nisi historiæ medicæ plane ignorans denegabit. Duravit autem hic dissensus ad nostra usque tempora, quamvis multi, quibus veteres laborarunt

B  
erro-

errores, recentiorum indefesso studio detecti sint ac remoti. Præcipue vero duæ Medicorum sectæ hodie inclaruerunt, quarum altera corpus humanum tanquam machinam hydraulico-pneumaticam considerat, quæ ex necessitate physico-mechanica unice se moveat, & motum sibi semel impressum semper retineat, animæ facultatem in corpus agendi motusque dirigendi, ut plurimum denegans: Altera mechanismum corporis nostri pro causa tantum instrumentalí agnoscit, & motus in corpore vivo non a materia hujusque viribus derivat, sed a principio illo rationali, quod Sapientissimus Creator corpori nostro directorem præposuit. Hunc spiritum, hanc animam agere machinam & movere illam dicunt & quidem non tantum rebus salvis & tranquillis, verum etiam omnes motus, in statu morboſo contingentes, eidem rationali principio tribuunt, & propter materias sive vere existentes, sive per phantasiam confictas movere contendunt. Qui sententiae priori addicti sunt, illi utique de re medica in eo quidem bene merentur, quod multa cum diligentia causas proximas atque physicas curatius rimari studeant; quum vero talia phænomena toto die occurrant, quæ facultatem animæ nostræ in corpus & motus ad corporis æconomiam spectantes alterandos & pro scopo suo atque intentione dirigendos manifesto confirmant, & præter haec in quibusdam morbosis motibus materiæ peccantes minime præsto sint: tum sane inexplicabiles per hanc hypothesin relinquuntur. Hæc inter exempla haud infimum meretur locum casus noster propositus. Quis enim hic sonoros istos & stupendos ructus per tot annos sub certis solum circumstantiis recurrentes a causa quædam

dam materiali simpliciterque mechanica, & non potius ab altiori quodam principio movente, resistente & ob depravatam phantasiam ac perversam aestimationem aversante deduceret? Sane enim vel exercitatissima ingenia, dum in machina sua trahenda multum sudarunt, confiteri tandem coguntur, se in explicandis hisce phænomenis neque fibi, neque aliis satisfacere posse. Id quod exemplo Medici cujusdam & doctissimi & in re therapeutica præclari edocemur. Hic enim erudite quidem ex meritis causis mechanicis hunc morbum derivare intendit, dum partim succum melancholicum massamque sanguineam scorbuto virtutam, partim cruditates primarum viarum certis spiculis instructas & spiritus inde in furorem actos accusat; at integrerime tandem confiteretur, quod nodi indissolubiles supersint. Ex contraria autem parte hisce difficultibus supersedere possunt illi, qui animæ potentiam in corpus movendum concedunt. Quæ omnia, ut eo magis illucescant, primum Celeberrimi illius Medici responsionem cum benevolo lectore communicare, tum meam sententiam subjungere, & denique quid in prædicta responsione desideretur, ea, qua juvenem medicum decet, modestia pervestigare adlaborabo.

§. II.

Responsum ad Pastorem loci, ubi ægra  
habitat.

Quam eleganter delineatam, imo vivis quasi coloribus accurate adumbratam, expressamque meis subjicisti oculis historiam morbi, quo paupercula puella vestras misere adfligitur, illam ea, qua decet attentione legi;

perlegi, relegi dignamque judicavi, quæ ob plane extra-  
 ordinaria phænomena, inter rariores meas observatio-  
 nes, quas multorum annorum praxis non avara manu  
 suppeditavit, suum quoque occuparet locum. Mira-  
 cula fieri in medicina haud ignorant medicorum filii, &  
 præprimis ad spasticorum adfectuum, vere instar Prohei,  
 $\pi\delta\gamma\mu\delta\varphi\omega\gamma$  mirabilia phænomena sœpe obstupescunt, ita  
 ut de naturali illorum causa indaganda desperantes, ad  
 $\tau\delta\theta\delta\gamma\omega$ , quod divus senex Cous in morbis occurtere sta-  
 tut, configere cogantur. Illud autem spasmī genus,  
 quod mira volubilitate corpus pervagatur, & modo has,  
 modo illas partes internas & externas occupat, hincque  
 vagum dicitur, germanice die Gröbel-Krankheit, cœte-  
 ras convulsionum species & ferocitate & symptomatum  
 varietate multis parasangis superat, miserosque ægros  
 mirifice vexat, cuius adserit veritas vel in nostra puerla,  
 quæ jam per septennium tam diri hostis impetum sustinu-  
 it, & hodienum cum illo colluctatur, satis superque elu-  
 eescit. Aura hac spastica afflati obrigescunt interdum in-  
 star statuarum, in gyrum agitantur instar rotarum, &  
 quod portentiloco esse potest, futura interdum pronun-  
 ciant & peregrinas linguis strepunt, hinc pro energu-  
 menis vulgo reputati. Talia etiamsi non raro obseruen-  
 tur, novum tamen est inauditum & a nullo unquam me-  
 dico, quod ego quidem scio, observatum, excitari a spa-  
 stico hoc adfectu tam sonoros & clangoslos ructus, ut au-  
 dientibus terrorem incutiant, qui præterea sumptionem  
 eibi & potus tam naturalis, quam spiritualis impediunt,  
 preces ad Deum fundere ex libro non permittunt, pium  
 vero precum usum extra librum liberum relinquunt; imo  
 con-

concitari tunc demum talia ἐρεύματα ubi recitatis sine impedimento quatuor prioribus catechismi capitibus, quintum caput recitandum occurrit. Quid si & hic τὸ θέατρον Hippocratis occurrat? Per experientiam certe constat, abundare ægros, qui tali spasco vago obnoxii sunt, succo melancholico, nec vanum est proverbium, quod vulgo circumfertur, melancholiæ esse balneum diaboli, qui personatus sœpe scenam instruit, ubi talis tragœdia luditur, hinc Sennertus: Solet, inquit, non raro dæmon malus spasmodicis affectibus se immiscere, L. Prax. I. p. 2, p. 31. Verum enim vero memor hebescere in naturalibus perscrutandis humani generis aciem, nec sufficere saepius doctissimorum Medicorum ἐνσοχταυ, non statim, ubi stupendum quid in morbis occurrit ad causam supra naturalem recurrentem, sed ut naturalis eruatur omni studio adlaborandum esse, quantum quidem fieri potest, existimo. Quod ergo ad nostrum affectum attinet, ejus focusum querendum esse in visceribus infimi ventris, præprimis vero in ventriculo & liene nullus dubito, non exclusa tamen massa sanguinea, quæ virtus utique omni non caret, sed scorbutico charactere sigillata suum symbolum ad morbi hujus genesin omnino confert. Scalent vero dicta viscera multis cruditatibus acidis, austerioris, viscidis, membranis horum viscerum altius impactis: Gaudent simul membranaceæ hæ partes, in nostra puella, insigni tenuitudine & ἐνυδρίᾳ, horumque incolæ spiritus eximia elasticitate. Quando itaque vel adsumtorum occasione, vel concurrente certa aeris ætherisque dispositione, vel obstetricante phantasia seu corrupta imaginatione, (quæ certe in turbanda corporis œconomia plurimum potest)

B 3

cru-

cruditates illæ acido-viscidæ per concursum bilis acrioris  
 ad orgasmum seu fermentationem quandam concitantur,  
 & extra versa hinc eorum spicula teneras membranas ner-  
 veas pungunt vellicantque, fit inde, ut harum in-  
 colæ τὰ μόρια ἐνοχλῶντα sive spiritus in furorem conjecti  
 partes nerveas spasmo violento dolorifico adficiant (hinc  
 cardialgia) aliasque corporis partes externas quoque  
 (πάντα γὰρ ἐν τῷ σώματι συμπαθεῖα) in consensum  
 abripiant (hinc dolores & convulsiones manuum pedum-  
 que) & ventriculi violenta concussione enatos e fermenta-  
 tione cruditatum flatus magna vi excutiant, unde so-  
 nori illi ructus emergunt. Patet sic ratio phænomeno-  
 rum in adfectu nostro mirabili occurrentium, vellem pa-  
 teret etiam ratio adficiens ægrotæ rebus cito, tuto & jucun-  
 dæ succurrendi. Sed hic maxima occurrit difficultas, cum  
 morbus jam per integrum septennium duraverit, altissi-  
 mas radices egerit, & quasi habitualis jam factus fuerit.  
 Interim clypeum non abjicio, sed quantum in me est auxi-  
 lium libenter præstabo. Quum igitur eliminandæ præ-  
 primis & quafi vece adhibita exturbandas sint cruditates  
 visceribus innidulantes, optimum fuerit tuto uti emeti-  
 co. Mitto hunc in finem pulverem emeticum, sub nomi-  
 ne, gelindes Vomitiv, quem mane cum cerevisia calida  
 assumere potest puella, & eo sumto bonum cerevisia hau-  
 stum superingerere, quod per singulum vomitum com-  
 mode repeti solet. Præmisso hoc emetico, uti quotidie  
 patiens spiritu antispaftico debet, cuius 30. guttulæ ter  
 in die, mane nempe, hora pomeridiana quarta & vesperi  
 cum cerevisia bene cocta & probe fermentata, tenui ta-  
 men, necadmodum lupulata sumantur, Contra mensi-  
 um

um obstructionem, siccundam morborum in virginibus matrem, quae *göttinge* facie *anatomie* cito suffuratur & ejus loco pallorem & cachexiam immittit, commendo & sufficere posse puto essentiam emenagogam meam, quam sub nomine befordernde *Essentz*, mitto, cuius 40. guttulae bis in die, mane nempe & vesperi cum aliquot cochlearibus vini gallici generosi hauiantur. Omnibus benedicit summus Archiater, cuius Te protectioni commendat &c. &c.

## §. III.

Quis ex his non videt, doce quidem elaboratum hunc casum, & regulas therapeuticas, licet morbum non curaverint, hypothesi apprime superstructas esse? nihilo tamen minus rationalem nexum hic fallere monstrabo. Ante omnia vero analysin casus propositi aggressu-ro incumberi mihi videtur, ut definitionem hujus adfetus præmittam; quem proinde ita describo: Quod sit morbus motuum spasmatico - convulsivorum propter causas primum materiales excitatorum, deinde vero per lusum errantis phantasie in ulteriores anomalias & perturbationem deductorum. Spasmatica ipsius indoles tribus præcipue modis se manifestavit, videlicet arthritide per sexennium ægrotam primum vexante, deinde dolore totius corporis, maxime autem hypochondrii dextri, & denique ructibus tanta vi tantoque impetu prorum-pentibus, ut post singulos paroxysmos mirum in modum delassata fuerit. Errorem autem phantasie quivis vel exinde facile colligit, quod virgo jam satis sana, & a materiali morbi causa liberata sit, ructibusque auditu horren-dis non nisi sub recitatione verborum institutionis S. cœ-næ divexetur.

## §. IV.

Causas autem materiales, quæ hosce motus excita-  
verint, prima illorum origine omnino accusandas esse,  
minime dubitandum est. Quanquam enim Medicus men-  
tionem hujus rei in relatione morbi non faciat, sed potius,  
dum de illius initio loquitur, omnia salva fuisse putet, sym-  
ptomata tamen ista, quæ ibidem recensentur, nempe ar-  
thritis, dolor totius corporis, imprimis vero hypochondrii  
dextri, spasmaticaque ista affectio in abdomine satis  
evincunt, quod non tantum cruditates primarum viarum  
& præcipue ventriculi atonia primum peccaverint, verum  
etiam infartus quidam humorum in visceribus illis, quæ  
cum vena portæ connexa sunt, complicatus fuerit. Et  
quemadmodum satis notum est, quod ejusmodi puellæ  
per pudoris & alias rationes mensium suppressionem vel  
dissimulent, vel quantitatis defectum non agnoscant: sic  
in hoc quoque casu fluxus menstrui negotium non satis  
exploratum fuisse per prædicta pathemata confirmamur.  
Arthritis enim rusticas in laborioso vitæ genere constitu-  
tas non facile corripit, nisi mensium ataxia ansam huic ma-  
lo præbeat. Sic etiam dolor totius corporis, qui tam ve-  
hemens fuit, ut ægram lecto adfixam tenerit, & præter-  
ea dextri hypochondrii adflictiones, cum spasticis con-  
tractionibus conjunctæ, in subiecto tali, de quali nobis  
hic sermo est, nil nisi menstruum perturbationem testan-  
tur. Dextrum enim hypochondrium locus est aptissi-  
mus, in quo symptomata, quæ ex mensium anomalia pro-  
pullulant, ob venam portæ, portam istam malorum hic  
sitam, sedem suam maxime habent. Quodsi vero quis-  
piam per argumenta hæcce, quæ mensium ataxiam accu-  
fiant,

sant, nondum convictus fit, ille responsum medicum supra positum consulat, (ad minimum, si Menses nec in defectu, nec excessu peccarunt, eminens ataxia aut anomalia, quæ illos concernit, illucescit.) Nam in hoc clavis verbis idem vitium in medium profertur.

## §. V.

Ex hac autem mensium ataxia seu primo fundamento, reliqua nunc pathemata deducere conveniet. Notum enim est ex pathologicis, quod in foemelis, quæ lunare tributum non solvunt, sanguinis fiat regurgitatio, præcipue versus reliquas partes cum vena portæ connexas. Unde plethora particularis horum locorum emergit, quæ deinde (dum vasa sanguifera distenduntur, debitoque tono privata officio suo rite fungi non possunt) circulum sanguinis retardat, spissitudinem, stagnationes, imo stases producit, ordinariaque secretiones & excretiones perturbat. Quæ vero motuum oberrantium schemata, jam exacerbata spastica & convulsiva, jam suppressa lipothyrmica & suffocativa per hasce sanguinis restrictiones producantur, quamque facile ac sèpius motus isti per incongruas medicationes in majorem anomaliam & pertinaciam promoveantur; de his non est, quod prolixius dicam, cum exempla hujus rei in foro therapeutico frequentissime occurrant. Id tantum ad scopum nostrum adjicendum est, quod tonus ventriculi hac ratione enervatus digestionis vitiis & cruditatibus primarum viarum ansam præbeat, quibus deinde motus nauseabundi, eructantes & emetici destinantur & opponuntur.

## §. VI.

Quum igitur morbus de quo nunc ago, iisdem fe  
C re

re nitatur fundamentis ; deductio illius eo erit facilior. Opus autem est dum ructus morbum constituunt quæstionis , ut de istorum indole , quantum ad casum nostrum pertinet , pauca præmittam . Itaque secundum *Celeberr. Boerhave* ructus sic definio , quod sint explosio materiae elasticæ halituoſæ , ſpaſtica contractione fibrarum celophagi , ventriculi ac intestinorum compressæ , mox vero iisdem resolutis liberatae . Non differunt igitur ructus a flatibus , niſi quod hi per inferiora motu peristaltico via regulari procedente , hi per superiora , peristalti inversa , explodantur : differunt autem ructus ipſi , dum vel fanis ac robustis corporibus , tanquam ſalutaris excretio fine ulla moleſtia eveniunt , vel sub morboſis circumſtantiiis copioſius generati magna cum moleſtia excernuntur . Quales morboſi ructus iterum diſtinguuntur in idiopathicos , qui per ſe conſtituant morbum , & ſympomaticos , qui alios antecedentes morbos excipiunt , eosque concomitantur .

## §. VII.

Subjacent his ructuoſis morbis præ aliis phlegmatici & ſanguinei , qui ob laxiorem , quem habent , corporis habitum ad fovendos iſtiusmodi vapores maxime ſunt i-donei : interim non excludo alia temperamenta , quippe quæ omnino etiam atonia & inſequentiibus ructibus , imprimis ſympomaticis adſici poſſunt . Obnoxii porro ructibus ſunt ii , qui vitæ generi ſedentario ſunt dediti , præcipue autem , qui mobile ante & laborioſum in ſedentarium commutaverunt . Non minus feminiñus ſexus hoc malo frequentius diſexatur , quam virilis . Tandem ſympomaticos ructus præcipue incurruunt hypochondriaci , hyste-

hystericæ, quarum menstrua & lochia aut immixtae aug-  
supressa sunt; qui nephritide, colica, obstructione alvi,  
& tympanitide laborant.

## §. VIII.

Sedes ructuum ordinaria est partim ventriculus, par-  
tim intestinum duodenum; interim etiam fieri potest, ut  
vapores halituosi ex infimis intestinis, præfertim si obstru-  
cta sint, sursum propellantur. Materialis ructuum causa  
quærenda est in materia subtili halituosa, ex digestionis  
præcipue vitiis producta & collecta; quali materiæ gene-  
randæ omnia quidem inserviunt alimenta, imprimis ve-  
ro partim ea, quæ fermentativum motum magis incitant,  
ut pinguis, dulcis, potus male defecati, partim, quæ  
concoctu sunt difficultia, crassa ac cruda, ut leguminosa,  
oleracea, fructus horæ &c. Non semper autem ad ru-  
ctus progenerandos necessarium est, ut hæ materiæ flatu-  
lentæ ab ingestis nude & crasse deriventur, quia tractus  
primarum viarum ab ejusmodi aqueo-oleofosis, expansioni  
elasticæ aptis materiis perpetuo sovetur & irrigatur.

## §. IX.

Quemadmodum itaque ex omnibus cibis in omni-  
bus hominibus, alter fieri non potest, quin generentur  
ejusmodi tenues halitus tanquam materialis flatulentiae  
causa: ita formalis istius ratio in motibus spasticis expul-  
soriis consistit. In statu quidem sano sine ulla molestia,  
uti supra dictum est, per sonoras istas explosiones *āw* ru-  
ctus, *zātā* flatus vocatas, e corpore eliminantur, & e-  
jusmodi ructus motu peristaltico justo vigore adhuc præ-  
ditio ita absolvuntur, ut quo magis laboriosum sit subje-  
ctum, eo minori molestia exeant ructus. Quodsi vero

C 2

ex

ex quacunque causa inducta sit atonia partialis intestinorum, vapores isti ex cibis prodeunt, colliguntur & quia ob defectum morus tonici expelli non possunt, expandunt ventriculum, distendunt, & insignia pathemata producent. Quare fibre tunicarum ventriculi salutari consilio constringuntur, eaque strictione per fibras cesophagi continuata vapores hi magis magisque ad superiora protruduntur, ut tandem cum sono & strepitu erumpant.

§. X.

Ex his spasmodica ructuum indoles satis elucescit: spasmis enim deficientibus nulli exploduntur vapores. Quare non incongruum erit, si illos morbos ructus describamus, quod sint difficilis, dolorosa ac insinuiter molesta materia subtilis, ex cibis praecipue collectae, ac ob aliqualem relaxationem motus peristaltici in ventriculo stagnantis, illumque distendentis excretio, spasmodica constrictione ventriculi partium atonia adfestarum producta. Præter autem diætam incongruentem & temperamentum laxum, de quibus supra dixi, ad dictam atoniā & consequenter hunc affectum ceu causæ remotiores procatarcticæ porro contribuunt emetica ac purgantia fortiora, minus convenienter tempore & modo adhibita, quæ atoniā ventriculi relinquunt; *Conf. Ilustr. Stablii differ. de flatulentia*, ubi luculentissimum hujus rei exemplum adlegatur, quod scil. vomitum spontaneum & ferocem ructus immanes per quatuor menses excepterint, conjunctis gravissimis cardialgicis & vertiginosis pathematis; partim etiam, magis tamen symptomatice, spissitudo sanguinis hypochondriaco-hysterica, quæ, ut omnia viscera, ita & ventriculum ad atoniā disponit,

&

& adnotante in eadem dissertatione *Stablio* pertinacissimas  
torminoso-spaſtico-convulſivas paſſiones introducit.

## §. XI.

Postquam generalem eamque breviffimam, deduc-  
tionem hujus mali, tam quoad pathemata hysterica,  
quam præfertim ipsos ruſtus præmiserim; ſpecialior eo-  
rum, quæ dicta ſunt, applicatio ac nexus aethiologicus  
præfentis adfectus ſubneſtendus erit. Demonſtravi enim  
jam ſuperius, adiuſſe ſub initium menſium ataxiam, quæ  
erroneis moribus ſpaſtico-arthritis vagis primo manu-  
um, dein totius corporis anſam dederit. Quum vero fieri  
non potuerit, ut arthritici hi motus obſtructionem il-  
lam ſuſtulerint; & forſan non ſolum a ruftricā ægrotante  
varia remedia domētica, verum etiam a medicaſtris con-  
traria & incongrua fuerint adhibita, non potuit non fieri,  
quin ſanguis ſuccellſe abundantior & ſpiſſior factus, tan-  
dem in hepate stagnationem & infarctum produxerit. Hinc  
de dolore hypochondrii dextri & de aliis hysteriſis ſym-  
ptomatiſibus conqueſta fuit; quæ vomitoriiſ ac calidiori-  
bus ſtomachicis traſtata, non ſolum ulteriore adfluxu &  
congeſtione ad ventriculum auſta fuerunt, ſed inde etiam  
enata eſt atonia, quæ cum cruditatibus primarum viarum  
conjuṇcta materialem malo noſtro cauſam ſuppeditarunt.  
Equidem ſi & temperamentum & vita genus ruftricum  
conſideremus, ægrotans noſtra ad idiopathicos ruſtus  
minus prona juſdicari poſſet: re tamen penitus conſide-  
rata, quia per ſexennium jam ægrotia & lec̄to adfixa fuit il-  
la pro tali agnoscenda erit, quæ mobile vita genus in ſe-  
dentarium commutare coacta fuit. Quum igitur ex men-  
ſium ataxia hysterica facta, indeque ſpiſſitudinem fluida-  
rum

rum ac atoniam solidarum partium naæta fuerit ; interim tamen crassa usæ sit diæta , ( cum ipsi tanquam rusticæ, delicatores nonsolum & molliores cibi defecerint, sed etiam climatis ratio nonnisi duriores , atoniae ventriculi minus convenientes subministraverit cibos ) & tandem in adfectu suo per sex annos durante emetica & purgantia æque ac calidiora stomachica Medici exhibuerint, quorum illa quidem atoniam ventriculi magis adauxerunt, hæc autem motus spasmodicos ad ventriculum contraxerunt; tum ex his omnibus remotiores causæ, ruetus ab initio provocantes, facile patescunt. Quoniam autem longo temporis spatio a variis medicis & medicamentis exercita fuit, materialis quidem ruetuum causa hac ratione sublata videtur, motus autem erronei, per multorum annorum consuetudinem in habitum deducti, sufficentes fuerunt, ut periodicam & sub certis tantum circumstantiis recurrantem ruetuosam afflictionem produxerint.

## §. XII.

Causas interim excitantes in falsa mentis & phantastica ejus fictione quero ; cuius imaginationis erroneæ fundamentum situm est in nimia animæ sensibilitate, quæ non nunquam de rebus innocuis, sibique & suo corpori plane non infensis, adeo timidas fingit ideas, ut per erroneam aestimationem sibi imaginetur res illas innocuas noxam corpori suo inferre posse. Hinc ex superflua cura motus vitales, aliosque in coeconomia vitali occurrentes, alterat. Notum nimirum est, & quam notissimum, quod si in corpore humano materia quadam præsto sit, quæ revera mixtione illius damnum ac plane interitum procreare potest: natura ordine plane salutari motus suos vitales adaugeat,

geat, ac per eos materiam hanc noxiā eliminare contēdat. Nimis esset prolixum thesin hanc observationibus corroborare, quum veritatem illius in omnibus fere morbis, qui nil nisi luēta naturae contra materiam morbificam sunt, satis superque experiamur, & præsertim in febribus obseruemus.

## §. XIII.

Verum enim contingit saepius attentis rerum medicarum obseruatoribus, ut natura motibus ejusmodi, quibus antea materiam morbosam eliminavit, adsuefiat, eosque, remota jam materia, aut continua adhuc serie administraret, aut illos ad tempus quidem dimittat, data vero levissima, licet plane nullius momenti, occasione iterum readsumat, nulla amplius præsente noxia materiali causa. Clarissimum hujus rei exemplum nobis subministrant febres intermitentes: hæ enim saepius adeo curantur, ut nulla amplius materialis causa remaneat, nihilominus, quam saepissime contingit, ut per retentas pertinaciter ideas, motus febriiles adhuc continentur, aut licet per tempus cesserint, attamen levissima occasione v. gr. ira &c. iterum adsumantur. Quod porro in aliis quamplurimis morbis v. gr. arthritide, podagra &c. docemur.

## §. XIV.

Adhuc autem ulterius observationes medicæ trādunt, naturam ne minima quidem præsente materia, non nisi ex affectibus animi, tantis saepe insurgere motibus, qui non solum vehementia sua, verum etiam intricatoriō īdole sunt admirandi. Observationis hujus documentum præcipue in morbis videmus convulsivis: & hac ratione non alienum abs re erit, sequens valde curiosum epilepsia

lepsis exemplum allegare: Mater quædam infantem aliquot mensium in brachiis suis gerens cum ccelum insigni fragore tonaret, & terrore perculta tenellum pectori adprimens exclamaret: O Herr Jesu! tum puer statim corripiebatur epilepsia, quæ ab illo tempore, non quando tonitru auditur, sed quoties nomen Jesus pronuntiatur, ipsum in hunc usque diem infestat.

## §. XV.

Porro animadversione sane dignum est, quod natura interdum solo aspectu vel commemoratione rerum innoxiarum, (quas tamen ex perversa phantasia sibi noxias imaginatur, ut in idiosyncrasia) motus vitales sine ulla ratione alteret. Sic v. gr. *Excellentiss. Junckerus in Therap. sua General. Tab. I. p. 17. no. 2. 3.* insignia adlegat exempla de morbis ex sola imaginatione oriundis; dum e. gr. Matrona quædam Illustris, summa cum nausea fluorem album aversans, simul ac audiret, sororem ad se venturam, quæ eidem obnoxia erat, statim fluore hocce correpta fuit. Referenda huc etiam sunt exempla eorum, qui medicamenta quædam aversantur & nonsolum ab illorum adsumptione, sed etiam visu & commemoratione variis motibus adficiuntur. *Conf. D. D. Præsidis Tr. de modo operandi medicamentorum Spec. I. sub Tit. de Purgant. p. m. 23.* Commemoravit etiam ejusmodi casum supra laudatus *D. Prof. Juncker in loc. allegat.* dum de Illustriss. quadam Matrona, quæ hysterico malo diu obnoxia fuerat, narrat, quod statim, quam primum pilulas nominare audivisset, vomitibus correpta, postea autem dum medicus, sub spe liberationis ab hoc malo, saepius ipsi nominasset, dein monstrasset, & tandem propinasset, vomitus frequentes nil

nihil curans, ipsa tandem retinuisset, multasque quotannis  
in magnam morbi sui sublevationem adsumisset.

## §. XVI.

Attenta etiam docet experientia, adfuisse nonnunquam in invasione alicujus morbi quasdam accidentales circumstantias loci, temporis &c. quas natura tam firma retinet memoria, ut morbo jam diu superato ac nulla noxia materia magis præsente, quotiescumque tales circumstantiae iterum contingunt, in dirissimos erumpat motus ac pristinum morbum recapessat. Huc pertinent febres acutæ, quæ post annum tempus recurrere solent: Tale quoque exemplum reperitur in *Autore & loco modo citato* de duabus sororibus mortem duorum fratrum lugentibus, quæ multis postea annis vomitu corripiebantur, quotiescumque vel in quo loco cantilena illas audiebant, quæ die sepulturae cantatae erant. Quæ scena tanto magis ridicula videbatur, quod unaquæque ab illa tantum cantilena ad vomitum excitabatur, quæ sub sepultura illius fratris cantata fuerat, quem præ altero dilexerat.

## §. XVII.

Hæ observationes si ad nostrum casum jam adplicantur, multum lucis adfundere ei possunt. Quid causæ fuerit materialis, quæ morbosum statum produxit, superius demonstravi. Jam si quis quæreret, cur remota materiali causa ægrotans nostra nihilominus horrendis ruetibus, & quidem periodice sub certis tantum circumstantiis adficiatur, huic quatuor illas circumstantias, sub quibus ruetus sese manifestarunt, recte pensitandas commendarem. Certe enim solus ciborum adspectus, recipatio verborum benedictionis, templi visus, & libri ad-

D

pre-

prehensio, tales omnino res sunt, quae physice atque mechanice consideratae talem efficaciam non habent, ut per materialem influxum ructuosos hosce motus excitare potuerint ac possint; sed si subsunt causae naturales, certe nonnisi perversa natura aestimatio consideranda erit. Et quemadmodum non sine ratione natura ructibus ab initio insurrexit, simulac cibum quemcunque adspexit, quia materialis causa per adsumta alimenta magis magisque aucta fuisset: ita simplex haec idea, quam de cibo naturali, ventriculi statuijam non congruente, natura sibi formaverat, commutavit in ideam mixtam, quae & naturalem & spiritalem in sacra cena panem involvit. Et per hanc adversantem ideam motibus eructantibus mox se se opposuit, quamprimum prodromus hujus cibi porrigendi, id est, verba benedictionis recitarentur. Postea haec erronea ideo cum communio per ulteriores confusiones se manifestavit, & ipsa adeo media, quae ad hunc actum ducunt, nempe frequentationem templi & lectionem verbi divini motibus suis obluctantibus reformidavit.

## §. XVIII.

Ad ulteriorem hujus rei explicationem parallelam ideo cum permutationem ac confusionem ex eodem mali hypochondriaco hysterici morbo demonstrare conveniet. Sanguis enim hypochondriacorum, quando adeo spissus est, ut stagnationem, stasin & ulteriore corruptionem minetur: tum natura haec corporis pericula in propriæ suæ viræ teconomiam & gratiae statum introducit, & a physicis ad morales res erroneas & saepe falsam facit applicationem v. gr. tales ægrotantes perpetuo ingemiscunt, de statu animi corrupto nimium conqueruntur, de gratia divi-

divina perdita & non magis recuperanda dies noctesque querelas movent; quam primum autem circulus sanguinis iterum liber est, omnes hæ de statu animæ querelæ evanescunt. Porro hostem corporis intrinsecum facile & sæpius in extrinsecos falso permutant, & vel e levissimis causis indignationem suam in alios exserunt, die Fliege an der Wand kan solche Leute irren. Denique quando sanguinis spissi conditio adhuc deterior fit, & in venæ portæ subtilioribus vasis stasin subire videtur: tum itidem internum hoc periculum in externum falso ægrotantes permutant, & de reclusione in carcerem, imo de capitis amputatione perpetuo loquuntur. Nonnulli homicidia vel alia facinora a se facta coram Magistratu denunciant, & ad horum peccatorum poenam luendam sponte se tradunt. Atque hæc omnia tanta veri similitudine sæpius proferunt, ut aliqua decepti Magistratus exempla enarrari possent. Quam falsam id earum a rebus physicis ad morales, & ab hostibus internis ad externos translationem in casu nostro omni jure accuso. Hæc meæ sunt meditationes in explicando præsentis morbi nexus æthiologico; quibus brevissimam, eamque, ut juveni medico convenit, modestanam perlustrationem supra adducti responsi medici sub jungam.

## §. XIX.

Causam adfectus Clariss. hujus responsi Autor ponit partim in visceribus infimi ventris, scatentibus cruditatibus acidis, austerioris, viscidis, membranis illorum impæctis; partim in massa sanguinea scorbutico charactere sanguillata. Causas procataracticas in adsumtis querit, aëris & ætheris dispositione; quibus cruditates acido-viscidæ

D 2

per

per concursum acrioris bilis ad orgasmum seu fermentationem excitarentur, ut inde extraversa spicula nerveas membranas stimulent, ex qua stimulatione incolae harum membranarum, spiritus scil. animales redderentur furiosi, ut inde spasmi artuum, corporis & ventriculi cum insequentibus ructibus evenirent. Concedo equidem adfuisse cruditates, sed non nisi primarum viarum, unde vero scorbutica sanguinis affectio pateat, vix capio, nulla enim scorbuticæ affectionis adsunt signa: nisi more multorum medicorum, omnes chronicos fere morbos ex scorbuto deducere mallem.

§. XX.

Porro has cruditates aëre æthereque excitari dicit, qua ratione vero aër tantum influxum in corpus habere possit, ut spicula antea acuminata sua cuspide intra viscera vergentia, ita commoveat, ut nunc extorsum versus membranas abeant, nescio. Et fingatur casus, aërem id efficere posse; cur non continua serie id producit, quum semper corpus nostrum pervagetur & transeat? Tale quid etiam contingere debuisset, quotiescumque ægra adsumsit cibos: id quod vero historicæ relationi contrariantur, dum non sub adsumtione, sed nudo adspectu ciborum ab initio ructus excitati sunt. Effluvia sane ciborum, tantummodo visorum, effectum talem producere haud potuerunt.

§. XXI.

Non prolixior ero in refutatione spirituum animalium, quos hoc in casu furibundos Dn. Autor accusat. Hi enim indies magis magisque languescent, & parum abeant, quine foro medico plane proscribantur. Illud autem adhuc

Huc desiderandum in hoc responso mihi videtur , quod Clariss. Autor causam quidem ruftuum ex spiculis demonstrare contendit; nullam autem præbuerit deductio- nem , quare illi postea sub tam memorabilibus circumstan- tiis v. gr. adsumptione cibi spiritalis tantum evenerint ; nisi forte τὸ θέλον pro causa habere voluerit. Sufficiant au- tem hæc tam quoad explicationem præsentis casus æthio- logicam , quam resolutionem & modestam perlustratio- nem ante citati responsi medici. Restatadhuc , ut cogita- ta mea brevibus adponam , qua ratione morbus hic , si quæ salus adhuc speranda , congruenter & legitime tra- Etari possit.

### C A P . III.

#### §. I.

**Q**uemadmodum rationalis medicus in omnibus fere morbis curandis eo intentionem suam dirigere de- bet, ut partim materialem causam removeat, partim vero motuum directionem attendat; ita etiam in præsenti casu duplex hic respectus habendus erit. Omnes fere , qui hunc morbum tractarunt medici, ad materialem tantum causam respexerunt, dum vel per emetica, purgantia &c. evacua- re, vel per alterantia, resolventia corrigerem conati fuere. Solus ille medicus, qui hunc casum perscripsit, præter respectum ad materiales causas rationem quoque motuum habuit erroneorum, eosque remediis specificis compescere contendit. Quamvis autem in præsenti no- stro casu materialem noxam non amplius adesse superius deduxerim: haud tamen erit absolum , ut nihilominus

D 3 cu-

curatio ab ejusmodi inchoetur remediis, quæ adhuc materiam corrigant ac evacuent; præsertim cum facile contingere possit, ut novæ cruditates generentur, & hysterica pathenata recurrere queant. Hoc scopo commendanda veniunt præsertim ea, quæ ad negotium mensium spectant, visciditates resolvunt, incident, impuritates abstergunt & evacuant. Quem in finem necessarium erit, ut sanguinis ventilatio per Venæsectionem adornetur, alvus libera servetur, ac omnes se- & excretiones in ordinem redigantur ac in eodem conserventur.

## §. II.

Speciatim itaque suaderem, ut per aliquot tempus adhiberentur, digestiva v. gr. Tart. Vitriol. arcan. dupl. rad. resolventes pimp. alb. &c. TRa antim. tartaris. Eff. adianth. alb. liq. terr. fol. tartar. &c. præsertim ut quatuor vel sex dies ante mensium eruptionem pulvis ex tart. vitriol. nitr. depur. lap. 69. & Cinnab. aut Essentia quædam ex Eff. pimp. alb. succin. Tinct. antim. tartaris. cum pauca dosi eff. croci remixta usurpetur, iisque versus somnum pilulæ Becherti polychrestæ interponantur, & tandem singulis æquinoctiis & solsticiis Venæsectione in pede subjungatur. His per tempus aliquod usurpatis, subjungenda denique erunt ea, quæ motus specificæ fistunt: ea quidem intentione a prælaudato Medico oleum animale & Castoreum fuerunt adhibita; quum vero quotidiana doceat experientia, hujusmodi specifica tunc demum effectum suum exserere, si versus paroxysmum exhibeantur, uti hoc videre est in epilepsia, quæ eodem curatur medicamento, tum necessarium puto, ut præcipue eo tempore proponentur, quo verba Institutionis S. Cœnæ vel recitantur, vel audiuntur: quo

quo scopo iterum modo dictum oleum animale, aut pilulas Wildegansi genuinas commendabo.

### §. III.

His autem omnibus tentatis, si subjectum ab omni materiali noxa immune fuerit; perversa motuum consuetudo desuetudine ac repugnantia quadam tollenda erit. Meditationi huic ansam dedit praelaud. *Excell. Junckerus* qui tab. cit. p. 16. Orexin caninam curatam asserit, cum eum qui hoc malo diu laborarat, a comedione panis vehementer adpetiti vi quadam retineret & aliquoties exinde in deliquium animi incidere illum passus esset. Quod cum per unius diei spatium pertulisset, paulatim sequentibus eo est deductus, ut redeuntem inordinatum adpetitum firmo animi proposito ipsemet sine ullis incommodis frenare potuerit. Referendus huc porro est antea allegatus casus Comitis illius, quae quidem pilulas maxime averfabatur, repugnantia vero quadam ad eorum usum adfuefacta fuit. Non minus huc spectat sequens casus, qui *Excell. D. D. Carl, Patrono & Praeceptorri meo Parenis instar devenerando in praxi contigit*, mihique benigne ab ipso communicatus fuit. Helveticus quidam verbi divini minister adfectu quadam ruminationis, a multis pro immedicabili habito, per aliquot annos laboravit. In juventute per Italiam peregrinatus in febrem incidit intermitterem, qua sublata ructuosum talem adfectum retinuit, qui successu temporis in talem ruminationis statum sese permutavit; ut pro lubitu ex multis, quos adsumserat, cibis, illum iterum ex ventriculo in os retrahere potuerit, quem modō

modo voluerit, adeo, ut quidam medicorum duplici ipsum præditum esse ventriculo crediderint. Nulla a *Celberr. Carlio* ipsi præscribebantur medicamenta, commendabat solum ægroto, ut phantasæ perversæ firma voluntate resisteret. Tentavit consilium & ecce a symptome suo molestissimo plane liber evasit.

## §. I V.

Iisdem rationibus præsentis mali curationi insistendum esse censeo; ut scilicet ægra verba institutionis S. cœnanæ ipsa recitare, aut ab aliis recitata audire cogatur, & ructuosorum motuum afflictione dirissima non obstante, recitatione illa tamdiu continuetur, usque dum valde fuerit defatigata. Talis cura per aliquot tempus singulis diebus pro circumstantiarum ratione erit continuanda, & ita videndum, annon tractu temporis, divina adspirante benedictione, malum hoc penitus tolli possit. Valde autem proficuum fore credo, si, antequam talis curatio instituatur, semper dosis quædam olei animalis aut pilularum Wildegansii exhibeat, cum constet, quod morbos spasmodico-convulsivos ante eorum eruptionem data, sopiant. Prudenti vero opus erit Medico atque Curationis moderatore, qui eam pro circumstantiarum forte eveniendarum ratione sapienter dirigat.

Et hæc sunt brevissimæ nostræ in intricato hoc casu meditationes; quæ ut in altissimi Dei gloriam & ægrotorum solatium cedant, animitus exopto.



IOANNI FRIDERICO  
MVLLERO,  
MEDICINÆ CANDIDATO CLARISSIMO,

*MVLTAM DICIT SALVTEM*

IOANNES IVNCKERVS.

**R**EDE omnino atque ordine fecisti, MVLLERE, quod, cum satis amplum medicarum disciplinarum, stadium decurrisse, animum tandem Tuum ad publicam diligentiae Tuæ testificationem adpuleris. Cum enim ab ILLVSTRISSIMIS S. R. I. Comitibus Ysenburgensibus ad provinciam Medici auxili nuper vocare: non poteras, quin scientiam Tuam medicam & rei practicæ habilitatem, uti nostro ordini, sic TANTIS etiam GRATIO-  
E SIS

SIS PATRONIS publico quodam specimine  
dares comprobatum. Nihil igitur hac occasio-  
ne mihi prius est, quam ut Te, ad Aulas Cel-  
fissimorum illorum Comitum profecturum, a-  
liquo veluti viatico instruam, id est, ut vel ex  
dissertationis Tuæ argumento Tibi commen-  
dem indissolubilem illum nexum, quo medi-  
cinam cum theologia coniunctam esse in dies  
experimur. Noti enim, AMICE, tam ex le-  
ctionibus pathologicis quam exercitio practico,  
quod morborum origines non semper a cauissi-  
physicis sed saepius etiam ab iis, quas morales  
vocabus, sint deriuandæ. Et sane per vulgus  
notissimum est, quid ad morbos generandos va-  
leant animi commotiones, quodque haec saepi-  
sime sint impedimento, quo minus ægrotorum  
multi non possint sanari. Ad hosce enim ho-  
stes superandos nil valent arma, quæ e penu  
pharmaceutica petuntur. Praeterea si illos  
morbos consideremus, quæ ex utroque vitio, a-  
nimi scilicet & corporis, mixti quasi sunt ac  
complicati: horum profecto therapia vtrasque  
respiciat cauissas per quam necessarium est. Quod-  
si vero quisquam hominem, ita diuidere vel-  
let, vt morbosum corpus Medico restauran-  
dum

dum, mentis vero ægritudinem aliis sahandom  
destinaret: hic quot errores, quas confusiones,  
quæ pericula passim reperiret? Qua de caussa  
Te, CLARISSIME, monitum volui, ut &  
corpori & animo mederi semper studeas, at-  
que hac ratione Medicum *ἰατρὸν*, quo Aulæ præ-  
cipue indigent, præstare possis. Superest, ut  
Tibi de exantlatis laboribus academicis, quos  
etiam non sine fructu instituta nuper in Polo-  
niam itinera faciunt commendabiles, ex animo  
gratuler, & ad futura officia divinam felicita-  
tem exoptem. Dab. Hal. Magdeburg.

D. Aprilis MDCCXXXII.



Hoch-

## Hochgeehrtester Freund,

Es geht ins vierde Jahr, da ich Dich lernte  
kennen,  
Da unser Freundschafts-Band den ersten  
Anfang nahm,  
Die auch in solcher Zeit zu dieser Stärke kam,  
Dass sie nunmehr nichts, als nur der Tod soll trennen.  
Darum erlaube mir, daß ich an diesem Tage,  
Da Dein Geehrtes Haupt den Doctor-Huth erhält,  
Aus höchst - erfreutem Geist nur dieses Wörtgen  
sage:  
GOTT mache Dich beglückt hier und in jener Welt.

Mit diesem wenigen wolte dem Herrn  
CANDIDATO, als seinem werthes-  
sten Freunde, und ehmahligen Contu-  
beruali gratuliren

Sam. Schaarschmid.  
Med. Lic.



Halle, Diss.) 1732 (19)

ULB Halle  
003 120 813

3



1018

St





DISSERTATIO  
 CASUM  
 MORBO  
 BITUALI E  
 RUCTUUM

A U S  
*Et Consensu atque*  
 IN ALM

DN. D. MIC

SACR. MAJ. REG. B  
 CONSILIARIO, MI

DECAN

*Domino Patrono, Praecep*

P

ET PRIVILEGIIS

H  
 ANN  
 PUBLICE

JOHANN

N E

H  
 TYPIS JOH. C

NO.

